


Zur

Gräfl.vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

Nº 2328

rub.

au Ja 1400

— 00 Ull.

00 der

M. IOHANNIS
HARTMANNI TV-
BERANI FRANCI

9

Anagrammatum

DECAS

Epigrammaticè
Scripta & inscripta

Non

MORIS IUDICIO

Sed

A MORIS INDICIO

*Sympatriotis aique popularibus suis
haud popularibus*

I E N Æ

*Bonarum artium atq; bonarum
partium studiosis*

XII. Kalend. IUXBR.

Anno

C I C . I C . C I .

Typis Lithandrianis.

POPVLARES CHARISSIMI.

CVi dono Metagrammatum maniplum
Nec satis lepidum, nec expolitum?

RENGERO tibi? Namque tu solebas
Meas esse aliquid putare chartas.

NESERO tibi? qui meis amicus
Musis & Charis in sat exstitisti.

Vobis omnibus hunc dico maniplum
Quorum nomina sunt in hoc maniplo,

Vnus omnibus est amor favorque.

Quare apprendite quicquid est manipli.

ARA MNEMOSYNES, AMORIS ARRHA

Vt sit, ut maneat maniplus, opto

Hartmannus.

De
M. IOH: HARTMANNI

D E C A D E

Anagrammatistica.

Anacreon Rosefeldianus.

A Lactis hic & acri
HARTMANVS haudq; natus
Vt aris atq; prurit
Bona aris atq; partis
Amore honore vero.
Vt ornat atq; tornat
Anagrammatum maniplos
Scitos & expolitos
Hinc undat hinc abundat
Amæniore venâ.
Politiore crenâ
Hinc munit hinc & unit
Novenfiles leporum,
Cupidines sonorum.
Hinc rodit hinc & odit
Quos porcus, orcus omnis,
Quostruncus uncus omnis,
Rictusq; dant & ictus
Dentes & inuidentes

A 2 Onomen

O nomen ô Gr̄omen
Verum tuum & severum!
Sic perge porro: porge
Plures debinc maniplos,
Noveniles leporum,
Cupidines sonorum.
Fidei, ARA amoris ARRHA
Et ARTIS, atq; MARTIS
Quæ sint tua Brabeia.
Te lambat alma Laurus
Caput ambiatq; Myrtus.

Ana-

Anagramma.

I.

IOAN: FRIDERICO RENGERO
ro Rotenburgo-Tuberano Franca,
FRIDERICI IC. filio, LL. & CC. Cand.
amicus meo caro & raro.

Sacrum.

IOANNES FRIEDERICVS RENGERVS.
EN ERO FIDVS RES GERENS IN CVRIA
S Pes RENGERE patris, patriæ spes maxi-
ma nostræ,

Idemque Iuris & sitior Artium:
De patre si quærat fors ille vel iste, Quis
esset?

EN ORE FIDVS RES GERENS IN CV-
RIA!

Scilicet Eunomiæ Tuberanâ præses in urbe
Catus, Dicesq; in orbe sidus lucidum.
Cui Rubicastraci delubra fori omnia aper-
ta;

Secreta cui decreta sunt notissima.
Spes RENGERE patris, patriæ spes maxima
nostræ;

Idemque Iuris & sitior Artium;
Si Themis in cathedram patris exhedramq;
locârit

Te, qui futurus es vir? Euge! quod dec⁹
Vrbis & orbis eris? vir nomine & omni eodem.

EN ORE FIDVS RES GERENS IN CV-
RIA!

A 3 Ana-

Anagramma.

II.

GEORGIO NESERO RO-
tenburgo-Tub. Franco SS. Theol. St.
conterraneo amiciss. commilito-
ni coniunctissimo

Sacrum

GEORGIVS NESERVVS.
REGIS EGON' SERVVS?

VT Deus imperium solus moderatur in
orbe,

Cuius ab arbitrio pendeat omne solum:
Sic Herus imperij solus dominatur in urbe,

Cuius ad arbitrium serviat omnis homo.
Dotibus eximijs ornatum destinat aea,

Flumine ut eloqñj pascat ovile Dei.
Moribus egregijs decoratum praficit aula

Regiae, ut efficiat moribus egregiam.
Artibus ingenuis imbutum collocat, alnum

Curet ut auxilijs consilijsq; forum.
Viribus exiguis instructum sedulò oportet,

Et quacunq; potest arte, invare domum.
Quisq; facultatis ceu pro ratione laborat:

Sic quoq; pro merito quisq; brabeia meret.
REGIS EGON' SERVVS? cœlestis scilicet esto.

Regnum cœlorum, qui benè servit, ha-
bet!

Ana-

Anagramma.

III.

JOHANNI RENGERO TVBE-
rano Franco Iurium Stud. industriesis-
simo, amico meo oculissimo

Sacrum.

I O H A N N E S R E N G E R .
N O N R E G N I H A E R E S ?
F Los virûm-juvenum, decusque Trigæ;
Venuſtæ Charitum, novemque proles;
Montis culmina habentium fororum;
Fontis flumina haventium Dearum:
Phœbi delitiæ, patris voluptas,
Matris lœtitiæ, meiisque amores,
RENGERE, Eunomiæ tribulis, HAERES ?
N O N R E G N I ? Diadema non merebis
Laurus optimo, ô optime optimorum,
Iure, mancipium fidele Iuris ?
Sudans multùm in utroque jure REGNI
N O N H A E R E S ? Themis ipsa & ipse Apol-
lo

Parant laureolam tibi virentem
Ob virtutis & artis invidendam
Sitim æstumque, sitior invidende:
Et laudem citam ob expeditionem,
Et laurum catam ob eruditionem,

A 4

Et

Et regnum probam ob erogationem.
Si perges citâ in expeditione,
Ac simul catâ in eruditione,
Ac simul probâ in erogatione,
NON REGNI illius aceris soli HAERES?
NON REGNI istius aceris poli HAERES?
Flos virûm-juvenum, decusque Trigæ
Venustæ charitum, novemque proles
Montis culmina habentium sororum,
Fontis flumina haventium Dearum,
Phœbi delitiæ, patris voluptas,
Matriis lætitiae, meiisque amores,
RENGERE, Eunomia entheæ tribulis.

ana-

Anagramma.

IV.

IACOBO OFNERO BRETA-

no Fr: Musis dicatis: juveni amico
& populari haud populari

Sacrum.

IACOBVS OFNERVS.

FER ONVS AC IOBVS.

Q Vod malè fertur onus, grave fit! Do-
cumenta requiri

OFNERE Aonū pars studiosa chori?

Haud puto tu solus, cui non onerosa laborum

In studij stadio sarcina fiat, eris.

Nec reor unus eris, sudore, labore, dolore

Qui sine vincla iugi durima & arcta ferat.

Immō recusasti quoties tolerare Caménas

Vliterius? Grave fit, quod malè fertur onus

Immō animum quoties despones sorte tonante

Aſperiūs? Grave fit, quod malè fertur
onus!

Eia animoso animo tu contra animosior ito,

Impositumq; bumeris AC FER IOBVS ONVS.

Eia Camenarum cæptam pertexere telam

Obdura; Leve fit, quod benè fertur onus!

A 5 Ana-

Anagramma.

V.

IO A N N I BE Z H O L T O R O T E N S
burgo-Franco iuveni Sophiae & Themidi
addictissimo amico meo iucundissimo.

Sacrum.

I O H A N N E S B E Z H O L T V S.

H A ! B O N V S I N Z E L O E S T .

SEcubat in labris multorum livida Diva,
Inque virūm laudes vipereo ore furit.
Ah malus in Zelo est, qui rodit & odit hono-

Alterius dentis murmure vulnifico. (res

Ah malus in Zelo est, qui tangit & angit amo-

Alterius lingvæ verberè spurcifico. (res

Ah malus in Zelo est, qui solus ad alta vide-

Scandere cum fastu cumq; supercilio (tur

In Zelo esto bon⁹, qui tēdis Honoris ad arcē

Bezholtē, & digni captor Honoris eris

In Zelo esto bonus, qui curris Amoris ad arā

Bezholtē, & veri cultor Amoris eris.

H A ! B O N V S I N Z E L O E S T : quia prurit &

(urit honores

Immeritō carpi de-benē-se meriti.

H A ! B O N V S I N Z E L O E S T : quia munit &

(unit amores

Fors malē distractos gutture & ore malo.

H A ! B O N V S I N Z E L O E S T : virtutis & artis

(amore

Nam Themin & Sophiam nocte dieque

colit.

H A !

HA! BONVS IN ZELO EST: Momo nolente
volente
Vt capiat Zelo digna brabeia suo!

Anagramma.

V I.

MARTINO DEICHSELMAN-
no Rotenburgensi Fr. Musarum pullo
dilectiss: amico & contubernali
suaviss.

Sacrum.

MARTINVS.
ARS MVNIT.
MARS VNIT.

Gloria nullavenit, nisi Mar-
te vel arte paretur!

Lauro ARS, MARS auro
MVNIT&VNIT Herū.

Ana-

Anagramma.

VII.

*Eidem amico intimo & inti-
mo amicissimo*

Sacrum.

MARTINVS TEICHSELMANVS.

HEMNATVS MVSIS INCLARET.

H Aud ovis in gremio : cui Chrysida vi-
(sere tantum

Mellitulam, mollissimam,

Nec bovis è stomacho, cui pandere visce-

Blādissimo, gratissimo: (ra Baccho

Sed Iovis ex cerebro ; cui horas volup est
(dare Musis

Suavissimis, dulcissimis

Natus hic ingenij sat alacris & indolis

Beatitate maximā. (acris

Vnguibus à teneris hinc nisu Heliconis

Sectatus est nimis arduo. (alumnas

Et Sophiæ stadium studiosè currere pergit

Duris vacans laboribus ;

Possit ut ad fixam cursu contingere me-

Amplis fruens honoribus. (tam

HEMNATVS MVSIS INCLARET hic auspice

(Phoebo

Flos Gratiarū germinans.

Ana-

Anagramma.

IX.

IOHANNI CREBSIO RUBI

castriaco juveni alaci & studiorum
sextatori acri amico ac sympathrio-
tae percharo

Sacrum.

IOHANNES CREBSIVS.

NAE IS BONIS CHARVS.

Si charus est quis artibus

Apud viros peritos:

NAE CHARVS IS BONIS viris

Artes Oberuditas.

Si gratus est quis moribus

Apud viros politos;

Negratus is bonis viris

Mores ob elegantes.

Suadela labris infidet

Oris tui venustis.

Charis triformis occupat

Frontis tuae fenestras.

Veneres Cupidinesq; te

Omnes habent in uno

CREBSI, Hippocrenes accola

Prolesq; Gratiarum.

Ana-

Anagramma.

IX.

I O H A N N I H I R S C H I O F R A N-
co inueni quà genium, quà ingenium
egregiissimo amico meo ex
optimis.

Sacrum.

I O A N N E S C E R V I N V S .

I o ! N V N C S A N E V I R E S .

NVNC SANE ES VIR ! IO ! VIR ES ; tri-
(umfa

HIRSCHI, noster amor, lubido nostra,
Ingens Aoniæ decus cohortis
Parnassi juga jugiter colentis,
Permessi vada valditer bibentis,
Flos virtutis & eruditionis :

Tu, quamvis habeas cor eruditum
Doctis artibus, & cor expolitum
Bonis moribus, & cor expeditem
Lingvis : attamen ut magè eruditus
Doctis artibus, & magè expolitus
Bonis moribus, & magè expeditus
Linguis Latiâ fores Pelasgaque :
Ecce mentis acumine invidendo
Intras in Sophiæ vias retrusas
Minervâ conite & duce ipso ephebo
Phœbo

Phœbo, non diademate absque laudis,
Nec olim diademate absque lauri
HIRSCHI, noster amor, lubido nostra,
Ingens Aoniæ decus cohortis
Parnassi juga jugiter colentis
Permessi vada valditer bibentis,
Flos virtutis & eruditio[n]is
HVNC SANEE S VIR, IO! VIR ES; triumfa!

Anagramma.

X.

GEORGIO HORNIO FRANCO
iuvenci docto, conterraneo & ami-
co haud postremo.

Sacrum.

GEORGIVS HOERNIVS.

EGREGIVS VIR HONOS,

Quò magis amplivago lubet inclaresce-
re mundo,

*Augustusq[ue] cupis te comitetur honos :
Hoc magis Aonij[s] decet impallescere Musis,
Angustumq[ue] iuvat ferre laboris onus.*

Durum ob onus tibi dignus honos da-
(tur ! Euge labore

Et sudore Meres athla, sopore nihil.

Cui cordi est virtus, cui cura Palladis artes,

EGREGIVS VIR HONOS urbium &
orbis erit !

Zeilo

Zoilo & Sciolo.

R Ingeris, an rides ? Neutrū
moror invide Mome,
Momus es, at Mimus non bo-
nus esse potes.


F I N I S.

~~444~~
AB 44 M
K,4

ULB Halle
002 680 319

3






Farbkarthe #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



19
JOHANNIS
EMANNI TV-
ANI FRANCI
grammatum
DECAS
grammatice
ota & inscripta
Non
RISIVDICIO
Sed
RIS INDICIO
sis atque popularibus suis
iud. popularibus
E N Æ
partium atq. bonarum
partium studiosis
Kalend. IIXBR.
Anno
C. I. C. L.
Lithandrianis.